



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. || Lv dovici || De Ponte Vallis-|| Oletani, È Societate ||
Jesv Theologi.|| De || Christiani hominis || Perfectione In
Qvo-|| libet eius Vitæ genere.|| Tomi Qvatvor.||**

Quorum argumenta ex S. Rvth Historia præcipué desumpta

Puente, Luis de la

Coloniæ Agrippinæ, 1625

§. 1. De duobus præcipuis Fortitudinis actibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39637

§. I. De Duobus præcipuis Fortitudinibus.

S. Thom. 2. 2.
q. 123. a. 6.
Sustine.

Aggredere.

Mortem
contemne.

Supra a. 5.

Bellorum
genera.

1.
Bellum.

2.
Martyriū.

3.
Iustitia.

Misericor-
dia.
In peste.

Professio ne
remota.

SED ad maiorem huius rei explicationem aduertendum est: FORTITUDINEM duos præcipuos actus habere: sustinere scilicet & aggredi. *Sustinere*, est esse firmū & immutabile in laboribus, doloribus, ac periculis, quam diu illa durant; ita vt nulli timores cogant nos ab ijs desistere; quæ præstare tenemur: *Aggredi* autē, est opera incipere ex se grauiā & periculosa; ita vt timores nos nō deterreant, aut remorentur. Et quoniam *mortis* timores sunt maximē horribiles: Fortitudo præcipuē se exercet in eis reprimendis: licet magis particulariter (vt notat Aristoteles) id faciat: cū pericula mortis imminēt ex *iustitiam* belli occasione.

SED aduertit Sanctus Thomas: varia esse Bellorum genera: nam *quoddam* est in commune Reipublicæ & Christianitatis bonum: & in hoc ostendunt Duces, cæteri que milites fortitudinem suam, exponentes periculo vitas suas, suæ Reipublicæ tuendæ causā: habentque tunc occasionem exercendi *utrumque* Fortitudinis actum: *aggrediendi* scilicet sæpe ipsos hostes; & *sustinenti* grauiissimos famis, frigoris, ac tempestatum, & aliarum aduersitatum labores: præcipuē si contingat, ipsos vinci, aut in captiuitatem duci.

ALIUD bellum est magis speciale, quod est patitur tantum propter fidei & religionis Christianæ bonum, quando eam Tyranni persequuntur; & horrendos minantur cruciatus, non negantibus nec deserentibus eam: quæ est inuicta gloriosorum *martyrum* Fortitudo, de quibus canit Ecclesia: *fortes facti sum in bello*: pugnantes scilicet cum Dæmonibus, & Tyrannis: permittentes potius corpora sua discerpi & dilaniari: quàm vel minimum deficere in professione Fidei, aut Virtutis, quam profitebantur.

TERTIUM aliud est adhuc magis particulare bellum: vt quis proprii status & officij obligationibus satisfaciat: & in hoc debent Gubernatores, qui se Christianos esse gloriantur, animi sui fortitudinem ostendere: nullus enim Iudex, nec priuatus quispiam decesse debet *iustitiæ* obligationibus, ob timorem mortis, aut alterius cuiuscunque aduersitatis. Et, vt idem Sanctus ait, hæc fortitudo extendit se etiam ad *misericiordiæ* & charitatis opera: quia cuiuscunque mortis (inquit) potest homo subire periculum propter virtutem: quale esset, amico aut pauperi *peste* infecto, ministrare cum periculo propriæ infectionis ac mortis; aut nauigare ad Indos, aut prolixa sulcipere *timera* ob salutem proximorum; quamuis hac ratione periculo exponatur naufragium

patien-

patiendi, aut incidendi in manus Pyratarum & Latronum, & intra ipsam ciuitatem & propriam *domum* nunquam desunt talia pericula, in quibus hæc fortitudo vim suam & præstantiam ostendat. Nam ferè omnes partem aliquam habent tribulationum, quas refert Apostolus, dicens, se expositum fuisse a *periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere suo, periculis ex Genibus, periculis in Ciuitate, periculis in solitudine, periculis in mari, periculis in falsis fratribus.* Et quoniam multa ex his periculis obueniunt repente, in eis, ait Sanctus Thomas, elucere magis fortitudinem: eò quod indicium sit, eam esse in corde valdè radicatum, si cum tale periculum eam aggreditur, non succumbit. Sed illa ex se inclinatur semper ad ea *praueuenda* prudenti consideratione, ut eis resistat, aut facilius sustineat: nam (ut S. Gregorius ait) *iacula praemissa minus feriunt.*

Hinc licet colligere: quàm *excellens*, quantique momenti sit generosa hæc virtus, quæ *omnibus* Christianis à supremis Reipublicæ capitibus vsque ad infimum, qui in ea versatur, est *necessaria*. Nam ferè omnia virtutum opera, & gubernationis negotia in pace & bello; & reliqua, quæ ad cuiusque statum & officium pertinent, admixtas habent difficultates & pericula: ex quibus magni timores ac timiditates oriuntur. Et nisi FORTITUDO adsit, ad eas reprimendas, & superandas: necesse erit perire apta prudentiæ dictamina, feruor, & zelus exacta Iustitiæ ratio, pia misericordiæ desideria, & virtutum omnium exercitia. Nam quis erit castus, nisi sit fortis? quis temperans? quis humilis? mitis, & obediens? nam Fortitudo omnium virtutum est *murus*. Illa Iustitiam defendit, Religionem conseruat, & pacem Reipublicæ: illa maximum Christianæ perfectionis hostem, *inordinatum* scilicet *vitæ propriae amorem* vincit, ac de ipsamet morte, quæ omnium terribilium est terribilissima, triumphat: & suo *duplici* actu seruit charitati, & *dilectioni*; de qua dicitur, quod *sit fortis ut mors*, ad aggrediendum; *durus* verò *sicut infernus* in sustinendo. Et *martyrium* ipsum, quod est vitæ totius Christianæ opus *maxime heroicum*, pertinet (ut Sanctus Thomas ait) ad Fortitudinem, quæ illud exequitur, obediendo charitati, id imperanti. Et hac ratione dixit Sanctus Ambrosius, Fortitudinem *excellere* reliquas virtutes: quatenus maiores difficultates expedit, & maiora remouet impedimenta, ad ipsas virtutes exercendas. Et in hoc magnam habet similitudinem cum Fortitudine ipsiusmet Dei, qui fortis est fortium, & principium veræ Fortitudinis, quam ipse dat suis amicis: quemadmodum ipse per Ieremiam asseruit, dicens: *ego feci terram, & in homines, & iumenta, quæ sunt super faciem terra in fortitudine mea magna, & in*

Domi.

a 2. Cor. II.
22.Supra a. 9.
Repente sed
praemissa,
Hom. 31. in
Euang.Fortitudo
omnibus
necessaria.Murus vir-
tutum.Triumphus
mortis.

b Cant. 3. 6.

Martyres

facit.

2. 2. q. 124.

a 2.

Lib. 6. offic.

c. 5.

S. Thom. 2. 2.

q. 123. a. 2.

c. Iere. 17. 5.

brachio meo extento: & dedi eam ei, qui placuit in oculis meis. d. Nec potest gloriari sapiens in sapientia sua, nec fortis in fortitudine sua, neque in præclaris operibus, quæ cum illa facit: quia potius mea quam illius sunt; siquidem viribus, à me ipsi collatis, ea facit. Ne dixeris (ait Moyses) in corde tuo: e Fortitudo mea & robur manus mee hæc mihi omnia præstiterunt, sed recordare Domini Dei tui, quod ipse vires tibi præbuerit, vt ea obtineres.

§. De Fiducia eiusque excellentia.

Fiducia in Deum servat.

*f. Mach. 2. 61.
Confidentes sibi pereunt.
g. Mach. 5. 7.
h. Isa. 10. 13.
h. Cap. 36. 6.*

*i. Iere. 10. 17.
Cum periculis crescit robur.
k. Lib. de Ioseph cap. 5.
l. Psal. 9. 10.*

EX HIS transire possumus ad virtutem FIDUCIÆ de omnipotentia diuina, cui innititur FORTITUDO, & vniuersim tota gubernationis Christianæ, omniumque virtutum prædictarum perfectio. Nam homo ex se ipso debilissimus est: nec potest proprijs viribus legem Dei custodire, neque efficere, vt alij obseruent; nec tantum zelum, & Fortitudinem habere: vt hoc solo nomine tot sustineat molestias; & aded egregia factura aggrediatur, cum ingentibus aded periculis: nisi creatoris omnipotentia ad id totum adiuuet. Quamobrem necesse est, sibi ipsi diffidere, ac Fiduciam suam totam in Deo collocare, à quo & zelus, & animi robur ac fortitudo procedunt: à cuius misericordia eam acceperunt omnes viri zelantes, & fortes, qui fuerunt in mundo: quemadmodum strenuus ille Marathias Filius suis dixit: *fecogitate per generationem & generationem: quia omnes, qui sperant in eum, non infirmantur, nec pereunt: Quod si aliqui pereunt, id euenit ob superbiam aliquam & arrogantiam sui ipsorum: eò quod plus æquo proprijs viribus fiderent, quemadmodum euenit Ducibus illis Machabæorum socijs, qui præclaris illorum gestis inuidentes, ausi sunt exire g. ad pugnandum a duersis gentes, vt facerent sibi nomen; qui tamen fugati sunt & victi. Ac propterea periit etiam Rex h. Sennacherib: & peribunt quotquot præcipuam suam confidentiam ponent in Potentibus mundi, de quibus Isaias, quod h. sint instar baculi arundinei confracti, cui si innixus fuerit homo, intrabit in manum eius, & perforabit eam; & cum minus cogitat, projicitur in terram: ac propterea dixit Ieremias: maledictus homo qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum. Benedictus autem vir, qui confidit in Domino, & erit Dominus fiducia eius, in omnibus suis aduersitatibus; nec deficiet, etiam crescentibus & multiplicatis periculis. Nam (vt sanctus Ambrosius ait) k. ibi est plus auxilij, ubi est plus periculi, quia l. Deus adiutor est in opportunitatibus, in tribulatione: & illa crescẽte, auxilia quoque eius augentur. Deus est, qui debilem reddit fortem; & pusillanimum facit audacem: additque diuinas vires humanis.* Id quod Isaias indicauit,

dicens: